Privilegi de poder fermar e valls e que y hagen a contribuir los
de fora p[er] spay de una legua e mige stants, e que pusque fer talla
ab deu homes e que aquells qui han tallats puxe esser executats de
tot ço que han tallats p[er] lo batle a consell dels p[ro]homens		LXXI

Hoc est translatum fideliter sumptum a quadam carta pergamenea sigillo regio cere
vermilie impressis cordis serici rubei croceique coloris impendenti munito cuius tenor
talis est. Nos Infans Johannes Serenissimi domini Regis primogenitus
eiusque Regnorum et Terrarum generalis Gubernator. Omnia facti experientia sepe
edocet et p[ro] preteritis periculis providere debet etiam et futuris. Et p[ro] parte
vestri proborum hominum et universitatis ville Granullariorum [?] in vallen[sis] situate [illegible]
[illegible]/ fuerit nobis humiliter supplicatum ut cum dicta universitas et eius singu-
lares/ p[er] illas gentes gallicas et alias que dudum p[er] Cathalonie principatu[m]
eorum transitum faciebant fuerint adeo destructi devastati/ et etiam ignis
incendio in parte suppositi quod gentes in dicta villa tunc degentes facte
sunt inopes et ab omnibus temporalibus fere vacuate ob quod ipsa villa quasi de-
populata existit etiam et deserta horumque eis contigerit quia ob deffectum
murorum et vallorum habuerunt ipsam villam deserere et omnino relexare et
nunc ipsa universitas et eius singulares agitati et provocati p[er] quasdam discre-
tas personas tam in Civitate barchinone quam alibi commorantes que ut naturales ipsius
loci nollent quod ipsa villa que satis bonus locus et regalis existit penitus in-
habitaretur et depopularetur/ Immo ad bonum statum reduceretur et in
melius prosperaretur dignaremur eis licentiam concedere et plenariam facul-
tatem/ Imprimis murandi et vallandi ac turribus et aliis operibus fulciendi
dictam villam adeo ne p[er] adventu[m] et metum aliarum gentium extranearum que
de proximo ut fertur ad has partes venire sperantur seu alias ipsam villam habeant
deserere sicut prius quinymo possint eandem contra quascumque personas deffendere
et tueri/ Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus ut pote iustis beni-
gne/ admissis cum presenti carta vobis dictis proboshominibus et universitati dicte ville
ac singularibus de eadem concedimus et licentiam plenariam elargimur
ut p[er] maiori fortitudine et deffensione ipsius ville possitis ipsam villam mura-
re/ et in ibi valla turres et alia necessaria p[er] ipsius deffensione facere seu
fieri facere prout vobis videbitur faciendum/ et ordinatum fuerit p[er] vos seu
maiorem partem ipsius universitatis/ Et ut ipsa opera citius et melius perficiatur
ordinamus ac etiam vobis cum presenti concedimus volumus et statuimus quod in operibus
murorum et vallorum in dicta villa de novo construendorum et in refectione seu
reparatione interim fiendis in muro et vallo veteribus ipsius ville contribuant
et contribuere teneantur omnes habitantes et habitaturi in posterum in ipsa
villa et eius termino/ Nunc non [illegible] quecumque alie persone degentes seu populati circum-
circa/ dictam villam infra tamen spatium unius leuce et medie dum tamen non sint
populati infra terminum alicuius Castri vel ville que similiter se deffendere
possit tam in tallis imponendis p[er] ipsis operibus fiendis quam in partibus expletorum
quam etiam in jornalibus hominum mulierum et animalium in dictis operibus laboran-
tium/ Teneantur etiam contribuere in dictis operibus omnes et singule persone
cuiuscumque status legis preheminentie et conditionis existant tam intus quam extra
dictam villam degentes vel habentes possessiones infra terminum dicte ville p[r]o
bonis redditibus hereditatibus rebus et aliis quibuscumque iuribus que ipse persone habent
et possident habebunt et possidebunt ac percipiunt et percipere debent ac possunt
seu percipient et percipere poterunt in futurum in dicta villa et eius termino/ prout
taxate fuerint p[er] duos probos homines quos in operarios dictorum operum p[er] vos eligi
et deputari volumus concedimus ac etiam et iubemus ipsis operariis sic p[er] vos et
dictam universitatem electis seu eligendis huiusmodi concedentes ac etiam licentiam
plenariam largientes/ quod p[er] maiori expeditione dictorum operum ipsi operarii possint
facere et conducere et ab ipsa opera faciendum fornace quoscumque lapicidas laterum [?]

manobres et alias quascumque personas tam mares quam feminas et quevis animalia
de dicta villa et eius termino ac aliis qui ad predicta opera teneantur pro illa seu illis
mercede seu mercedibus qua seu quibus ipsis operariis videantur faciendum. Et quod
ipsi operarii mera auctoritate et sine fatigha licentia aut impedimento alicuius officialis seu
alterius persone possint ad opus dictorum operum arripere et apprehendere talliari et por-
tari facere quascumque arbores non fructiferas exceptis roures quas ipsi operarii
videbuntur necessarias ipsis operibus radicatas et existentes circumcirca dictam villa
infra spatium tamen unius leuce et medie. Pro illis vero precio seu preciis quibus
ipsis operariis iuxta eorum bonam consientiam videatur. Ipsi tamen operarii teneantur
iurare in posse bajuli dicte ville ad sancta Dei quatuor Evangelia quod ipsi tam in
extimatione dictarum arborum et in taxatione salariorum quam in aliis omnibus eis cra-
her commissis et committendis se habebunt legaliter atque bene. Et quod ob favore
vel odium alicuius non se hebunt voluntarie in eisdem. Intendimus tamen et volumus
quod dicti operarii ponantur eliguntur et mutentur per universitate dicte ville seu semo-
rem partem eiusdem tociens quociens opus fuit et prout dicte universitati seu semori parti
eiusdem videbitur faciendum. Qui operarii sic electi et deputati una cum decem probis
hominibus dicte ville per ipsos eligendis possint quascumque personas supradictas et eorum res
2 de vicario ballivo 2 et bona pro ipsis operibus talliare et taxare semel et pluries prout expediens et necessa-
rium fuerit ac etiam opportunum. Et pro ipsis talliis et taxis vicarius ballen et
bajulus dicte ville ac ceteri dicti domini Regis et nostri officiales iurediccionem
habentes et eorum quilibet in suo districtu habeant et teneantur facere exequ-
tiones contra illos qui totum id in quo taxati fuerint vel partem eiusdem contradixerint
exsolvere [illegible] prout taxati et talliati fuerint in premissis omni dila-
de executione tione, acordio excusatione et exceptione penitus retroiectis nulla cognitione seu iu-
dicis consilio precedente. Volentes et ultimus concedentes dictis operariis quod ipsi possint
dictos murum et vallum construere et edificare seu construhi et edificari facere cir-
cumquaque dictam villam sicut et prout ipsis operariis expediens videatur. Pro quibus
possint de terris possessionibus et edificiis ipsis muro et vallo contiguis tam intus quam
extra recipere quecumque edificia ad opera ipsa fienda obicientia prosternando et diruendo
et ab inde amovendo absque aliqua emenda illis personis quorum predicta fuerint fienda
dum tamen hoc fiat cum voluntate et consensu bajuli dicte ville. Cui bajulo cum pre-
senti mandamus quod in premissis suam auctoritatem et licentiam prestet quando et quo-
tiens hoc sibi equm videatur in quibus procedere habeat predictus bajulus de et cum consilio
proborum hominum dicte ville. Mandantes expresse sancta et consulte vicario ballen
bajulo dicte ville ceterisque officialibus universis et singulis dicti domini Regis et nostris
sub pena Centum morabatinorum auri nostro erario aplicandorum in quibus dictos
officiales et eorum quemlibet incidi volumus tociens quociens requisiti per antedictos
ordinatores in premissis seu aliquo premissorum negligentes fuerint seu remissi. Necnon
probis hominibus dicte ville et aliis predictis qui ad faciendum seu contribuendum in premissis
modo aliquo teneantur seu taxati et ordinati fuerint in premissis per antedictos operarios
et destinatos hominis dicte ville quatenus servando omnino ordinatione nostram predictam
iuxta eius seriem et tenorem contra eam vel aliquod de predictis non veniat faciat seu
venire aut fieri permittat aliqua ratione si de nostri confidunt gratia et amore. Cum nos ex causis
predictis et aliis veris rationabilibus atque iustis et certa sciencia et consulte sic fieri providerimus
et velimus. In cuius rei testimonium presente inde fieri vobis iussimus nostro pendenti si-
gillo munita. Datum Barchinone septima die Junii Anno a nativitate Domini Millesimo Trec-
centesimo Sexagesimo Sexto. Ja. canc. 4

Signum Petri Martini auctoritate Regia notarii publici Barchinone testis 8 3/.


Signum Beltrandi Balaguer, auctoritate Regia notarii publici Barchinone testis 3